



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 5. An commutari possint Juramenta perpetuæ Castitatis, & ingrediendæ
Religionis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

278 P. 3. De Jubileo extraordinario.

Q. 5. An commutari possint Juramenta perpetuæ Castitatis, & ingredienda Religionis?

R. Affirmant Tabiena, Petr. de Ledesma, & alii, quorum sententiam probabilem censent Diana p. 4. tr. 4. R. 69. & p. 5. tr. 12. R. 59. & p. 10. tr. 14. R. 17. Tambur. in Decal. l. 3. c. 7. §. 3. n. 7. & alii apud Moyam tr. de Relig. disp. 1. q. 4. Quia in jure nullum juramentum reperitur Pontifici reservatum: neque ex eo quòd vota sint reservata, sequitur quòd sint & juramenta circa eandem materiam; cum obligatio voti sit major obligatione juramenti, ex S. Th. 2. 2. q. 89. a. 8. quem plerique sequuntur.

Negant esse commutabilia, Cajetanus, Sorus, Toletus, Valentia, Suarez l. 6. de Voto c. 14. n. 12. Fagundez sup. c. 42. n. 4. sine, Layman l. 4. tr. 3. c. 11. n. 4. & 8. Turrianus Select. disp. pag. mihi 183. Moya sup. Portel dub. Regul. v. Voti commutatio, Platelius p. 3. n. 825. & alii communiùs. Quia ejus-

ejusmodi juramenta includunt Votum, seu promissionem Deo factam: saltem in Jure, juramenta pia æquiparantur votis.

Sanchez *De Matr. l. 8. disp. 13. & in Decal. l. 3. c. 19. n. 6.* mediâ quasi viâ, tenet, regulariter & ut plurimum hæc juramenta esse reservata: quia regulariter includunt votum, seu promissionem Deo factam, atque adeò fortiùs obligant quàm vota; at non esse reservata, si promissionem Deo non includant: ut, si quis non respiciens Deum, quasi volens ei aliquid in ejus obsequium offerre, sed solùm eum offerre in testem intendens, v. g. ex indignatione quòd non sit adeptus dignitatem, aut nobiles nuptias quas prætendebat, juret se ingressurum Religionem.

Sanchezium sequitur Malderus *in 2. 2. tr. 10. c. 6. dub. 11.* & quidam alii apud Moyam *sup.* qui ab illis se non dissentire dicit, casu quo detur juramentum de re futurâ, v. g. castitate.

ser-

280 P. 3. De Jubileo extraordinario.

servandâ, quod promissorium simpliciter non sit: Casum autem illum non admittit, saltem regulariter loquendo, quidquid sit de possibili.

Q. 6. Quae regula servanda in commutationibus Votorum?

R. Nulla certior regula dari potest, quàm prudens arbitrium Confessarii, qui expensis omnibus circumstantiis personæ, naturæ, & finis voti, æqualitatem vel quasi, in Domino constituat.

Generaliter igitur observet in primis, ut commutatio voti fiat in rem, maximè, quoad potest, conducibilem ad finem, ad quem votum fuerat emissum, & ut cedat in majus emolumentum spirituale; moneatque, transferri obligationem in rem subrogatam: posse nihilominus redire ad priorem voti materiam.

Generales quasdam Regulas affert Suarez to. 2. de Relig. l. 6. c. 19. Sanchez etiam particulares circa plura vota, in Decal. l. 4. c. 59. Tamburinus

in

*in
bil*

*C
re J*

*qua
abs
nite
tisf
den
Sac
par
tant
quâ*

*Jubi
E
niff*